

D. BLASII

J. C. AC PATRITII NEAPOLITANI, ET  
Florentini; Olim in Neapolitanis Tribunalibus insignis Ad-  
vocati, Regii Castri Novi ejusdem Civitatis Neap. Auditoris, S. R. Castri Capuani  
Consilii Consiliarii, Regiae Cameræ Summariorum Fisci Patroni, & nunc denoue  
in eodem Supremo Castri Capuani S. R. Consilio Consiliarii,

T R A C T A T U S

D E

N U L L I T A T I B I S  
S E N T E N T I A R U M , D E C R E T O R U M  
L A U D O R U M , A R B I T R A M E N T O R U M , E T  
Q U O R U M C U N Q U E A C T U M J U D I C I A L I U M .

O P U S U T R I Q U E F O R O A C C O M M O D A T I S I M U M . C I V I C U M  
Octupletatum Indice, Priori Rubricarum & Questionum in iis conten-  
tarum, Posteriori verò Materiarum Notabilium novo, ac  
meliori ordine, quam hactenus digesto.

*Editio in Germania Prima, Italica, quæ innumeris  
reserta mendis, correttior, dñs desiderata.*

T O M U S P R I M U S .



6 de la lotte  
del caligio  
de la lalay.



C O L O N I A E A G R I P P I N A E ,

Sumptibus WILHELI METTERNICH Bibliop.  
Sub Signo Gryphi. Anno MDCCXX.  
*Cum Approbatione & Permissu Superiorum.*



PERILLUSTRI DOMINO  
**D.HENRICO**

*Sacri Romani Imperii Libero Baronii*

<sup>Ab</sup>

**H E Ü E L,**

Nobili Domino de & in Dieffenau. &c. S. Cæsareæ  
Majestatis Consiliario Imperiali Aulico actuali,  
Patrono Suo Gratiøſo.



Roditum est memoriz, ex ore Herculis pro-  
diisse catenulas aureas, quibus populum in  
amorem trahetet, addito Lemmate : VI  
**SUA VI.** Non mirare igitur, Vir gratioſe,  
quod ad Te oculos meæ mentis direxerim,  
cùm Tractatum hunc de Nullitatibus, olim in Italiâ natum, sed

X


vari-

ILLUSTRISSIMO DOMINO,

# D ANDREÆ DE LA TORRE, EQUITI S. JACOBI DE SPATA,

Regis Catholici à Consiliis in Supremo Rerum Italicarum Senatu Sapientissimo, & meritissimo Regenti Decano, Domino suo Venerando.


Blaſius Altimarus J. C. Neapolitanus S. F. P.



ON diu cogitandum mihi fuit, Vir Illusterrime, cuius potissimum Nominis Opus hoc qualecunque meum insignirem, ex quo illud animo concepi, non modo Tuo sponte Nomini subjecendum duxeram, sed meriti etiam officii, iustoque servitutis titulo, ut tuum Tibi redderem, consilium mihi fuerat. Exigit siquidem hanc obsecqui erga Te mei significationem, benevolentia illa Tua incredibilis, qua litterarum Cultores olim Neapolitani complexus es, ita ut illorum omne commodum privatum Tuum duceres. Exigit singularis Tua, perspectaque omnibus Sapientia, quæ Te primum regi Senatus S. Claræ hujus Neap. Regni Consiliarium optimum allegit, ut doctrinæ, quæ fulges, radius, consulentibus faciem præferres ad veritatis indagationem: deinde in supremo Italiz Consilio Fisci patronum creavit, ut æquæ Regium pecunia ætranum, quam consiliorum hominum mentes ditares oraculis. Nec diu hoc Te gradu consilere passa est, quin ad altiora promoveret Dignitatem fastigia. Summum igitur rebus Italiz moderandis præpositum consilium juris prudentia, justitiaque Regentem Te vidit Carpenteranæ Mantuæ Aula, quæ nihil omnino mirari assueta, unum tamen Te suspexit, non minus morum integritate, quam doctrinæ fulgorc præfulgentem. Non amplius Solem Hispania mirata est occidentem, cum Te tot sapientie radiis coruscantem, in altissimo dignitatis fastigio constitutum vidi, nec aureas Tagum arenas volventem in pretio habuit, sat aureis Tuis motibus locupletata. Suspexit illa quidem singularem Tui generis nobilitatem, cuius minima laus est equestre, quo peccus Tibi radiat Divi Jacobi ornamentum: quam à majoribus Tuis acceptam Clariorem præclarè gestis reddidisti, ut proinde Majores Tui se se ipsis maiores appareant, vel cum Te uno minores videntur. At majorum Te ipso eadem Hispania Te deprehendat, cum omnia Te suspici naturæ, doctrinæ ornamenta uni morum integritati posthabentem. Jure igitur merito TURRITVM cognominis Tui præsidium sibi depositus meus hic qualiscunque labor, ut extra omnem inviditatem, ac telum in sublimi Tuz Familia æquæ, ac patrocinii ARCE collocatus, obtrectantium notam atque invidorum petitiones effugiat. Indignum dicent alii luce hunc ingenii mei partum, at luce dignum efficies ipse, modo respicias. Vale.



# AUCTORIS PROEMIUM. SIVE AD LECTOREM PRÆFATIO.



TRACTATUM de Nullitatibus cibis elaborare, & edere causas suscepimus, opera pretium daxi, causas, quae me ad id peragendum impulerunt, referre. Laboris causa fuit, Veterum nostrorum, qui à scopo veritatis, & virtutis non devidunt, monitio, & auctoritas, nempe illorum vestigia nos imitari debere, & aliquo genere exercitationis animum pellicere. Cum plurima mortalibus commoda per exercitationem, damnata sunt per segnitie eveniant. Num qui dinab instituto opere desuescunt, & vagantur, oii confuetudinem plerunque induant, quam postmodum nisi gravatum carere nequeunt. Unde *Valer. Maximus lib. 7. t. 10. de sapienter dictu cap. 2. reflatur*, Appiam Clas-  
sium dicere solebat: *Negotium Populo Romano potius, quam etiam committi rebere, quoniam exploratam habebat, ingenios homines agi ratione rerum, & exercitatione ad expelliendam virtutem excitari. Contra vero otio, & quiete in deliciam, corporem & faci-  
dium resolvi, & prodiba. Octum mollit vires, sicut rubigo serum, propterea illud Ovidis lib. 4.  
Tristis:*

*Ingeniisque nunc longa rubigo lapsum.*

Priuspræ Alexander Macedo, quo die nihil geslerat, se non regnasse exilimahat. Et memoria nisi exercitatur, confitit tibi scitur, solitoque vigore destinatum. Et *Cassiodor. i. 1. Varior. in prologo* mihi: *Ego scit ingensum, nisi justitiam reperatur, cito expenduntur horae  
meae, quae a fida non fuerint adiutoriae fulcita. Iustitiam quam facile profundiatur, si nullis  
scitum secundis replicatur, sic & humanus sensus, si cum alieno forcatur invenerit, cito potest  
attenuari de proprio.*

Hoc igitur, spectatissime Lectori, in mentem revolvens, laborem humeros licet impa-  
tem, impicare non expavi, sed maxime quia ad hoc me colligerens fuit *Ovid. ad. Raffinum*  
dicendi:

*Ut definire vites, tamen est luctuando voluptas.*

Hunc Tractatum de Nullitatibus, ut vites ingeni excitarem, congerere non erubui,  
parvus diligenti cura pectus priediorum ampliantur, ita, si negligenter habent fini, minui-  
ca, necesse est, ut assent. J.C. Calliprat in locum intelligatur, *Sed et fratres, sed juventus* *litterarum*.

Ferratum fore triplo suum celsatio iugis ab opere, sue studio, & amara longaeria cal-  
pam. Diligentia ergo præferenda, cum mater omnium virtutum, & opere sit. Deficit  
vero valde animis periculosa, acque miserabilis, nam animum corrumpt, teste *Cicer. ap.  
Reth. & oemis* *lredit, ne caeculi, ut quod forte, Schat maura, lib. 6. Op leg. p. 11. L. de aut.  
præscripta. Dicitur omnia novata eruditissime, can. subdit. 8. 3. definiat.*

Exercitatione valet ingenium, virtus studiorum augentur, nucmoris conservatur, &  
vires animi sunt vegetos. Unde per exercitium lectionis quis reperit Scientiam Murgit  
titam, *text. in cap. post translationam, §. veritatis, vix! item si quis de renuntiat. & legendo  
libros, melior & doctior quis efficitur. 1. penult. in fine ff. ad exhibend. Et omne artificium  
per exercitium recipit incrementum, *text. in Legatis servis, §. ornatissimis. f. de leg. q. 2.  
militis. L. de re militi lib. 12. Etiam O. Hieronymus. quantum otium sit fugiendum, his verbis  
in cap. manuam, de consecrat. distinet. f. offendit: Semper facito aliqd boni operis, ut te  
diabolus occuparum inveniat. Dicit etiam: Scribanter & labor, & manus operetur cibos,  
& anima saturetur letione, tu defederis autem est omnis otiositas.**


Quapropter ne virtutis filio defidit argueret, & excusis negligenter somno, post *Obser-  
vationes addessit. & Confidit Reg. Scipionis Reviti jam diu abibutas*, & in propatulo  
confersas, hunc Operi uitimum applicui.

Edicionis causa fuit. Cum pluribus ab hinc annis fidelis materia limina intrare  
exceptarem, *Baldus*, omni anno colendum, post alios magistrum elegi, is inquam in prædu-  
stis liberi feudorum, laudatus à *Jasone ibidem*, scriptum reliquit hoc motuum: Eos, qui in  
disciplina tua iam ius laborare, addringi ex professione debito, que mente conseruent,  
justas sententias in lucrum proferret. Et in proposito *Decretalibus* mem. 7. dicit: *Quemadmodum*

*Par. L.*

A

tristis



# TRACTATUS DENULLITATIBUS BLASII ALTIMARI J. C. NEAPOLITANI

P A R S I

## R U B R I C A I

Quid sit Nullitas. Unde dicatur, & originem traxerit. Quotuplex sit.  
In quo differat ab Appellatione, Reclamatione, Supplicatione, Restitu-  
tione in integrum, Quarcla, Revisione, Recursu, & Reduictione ad  
arbitrium boni viri? An sit odiosa, vel favorabilis,  
& quo Jure fuerit introducta?

### Q U E S T I O I.

Quid sit Nullitas.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Non potest determinari super aliquare, nisi intelligatur terminus proprius rei.
- 2 Ignoratus principis, agnoscatur quae sequuntur.
- 3 Scientia a verborum significacione incipit.
- 4 Omnis definitio a definitione.
- 5 Voca proprietas rei quoddam est ostendit.
- 6 Non est facienda tota via ianomine, sed efficiu. Et num. 7.
- 8 Aut prius de Ethymologia, quam de defini-  
tione agendum sit?
- 9 Omnis definitio in jure periculosa, num. 10.  
Et II.
- 10 Legislatores potius descripserunt, quam definiverunt.
- 11 Illud dicitur tale, quod ex definitione habetur.
- 12 Definitione est oratio naturum rei plene indicans.
- 13 Quid sit Nullitas in concreto? Et quid in abstracto? num. 16, 17.
- 14 Definitio per nos tradita habet genus, Et differentiam.
- 15 Definitio appellationis, possessionis, num-  
mer. 20.

Part I.

*Ufus fructus, num. 21. Alter, num. 22. Ha-  
bitationis, num. 23.*

*24 Nullitas non sit odio, exceptio, vel officium  
Iustitiae. Et num. 24, 26.*

*27 Nullitatis definitionis explicatio, Et num.  
28, 29.*

*30 Ad quid deserviat Nullitas?*

  
Uum absurdum, & mon-  
struosum sit, prorsquam  
termini alicuius rei intelli-  
gantur, determinare super  
illa re, nemo est, qui ne-  
cessitat, ad text, in ista respon-  
sione. C. de transaction. l. 1. ff. de jure. Et jure.  
l. 1. ff. de orig. jure. Anz. cons. 110. Georg. sare-  
petit feodal. cap. 2 num. 1. L. Card. Mantica de-  
cavit. Et ambigib. 23 tit. 1. num. 1. Boronius  
de citation. que. 3. 2. Duard. de societate. que. 1.  
Guerba de feudis. prelud. 1. num. 1. Olea de  
cess. jure. tit. 1. que. 1. num. 1. Corpz. de excesso  
testimoniis. volunt. cap. 1. num. 15. Et seqq. Inter-  
ter. de re benefic. lib. 1. que. 1. num. 14. Et seq.  
Pericula de iustitiae. edit. recd. 1. num. 2.

*2. Nam ignoratus principis, ea, quae se-  
quuntur, ignorantur. Dicu. in cap. number. de  
reg. jure. in 6. §. his igitur. Injicit. de jure nat-  
gent. Et circ. Ruyer de Commissar. lib. 1. cap.  
2. num. 1. Et seqq. Nig. de laudem. que. 1. num.  
2. 2. Zaccaria de jal arto. qu. 1. num. 11. Guerb.  
de feudis. pr. clud. 1. num. 1.*

A. 2

p. Cum